



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ientacv-||la noui testamenti Cardi.||nalis sancti Xisti.||

Cajetan, Thomas

Colonie, 1526

VD16 V 1243

Ientaculi septimi questio secu[n]da.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34421

Ientaculi septimi questio secunda

quia tanquam solitus Iesu Christi actus duxit istos discipulos in Christi cognitionem, sed etiam ex eo quod illi duicipali narrauerunt apostolis quoniam cognoverunt in fractione panis: tanquam attestates actionem Christi propriam et ex consuetudine notam omnibus discipulis. Quasi dicerent, nos cognouimus ipsum certa cognitione, quoniam vidimus ipsum frangere panem more solito ut scitis quod consueverat frangere. Ex evangelio autem Joannis, nam Iohann. vlti. qn ad mare liberiadis Christus post resurrectionem manifestauit se discipulis, ad insinuandum per hunc consuetum actum Christum pueratum cum discipulis dicitur et venit Iesus, et accepit panem et dabat eis et pescem similiter. Hec enim verba ad id tendere videntur, quod Christus tam panem quam pescem diuidebat discipulis proprijs manibus: non enim integrum panem neque integrum pescem illis dabat. Unde et signanter euangelista apposuit li similiter: ut declararet quod simili modo dabat pescem quo dabat panem, hoc est, quod ita manibus frangebat pescem sicut frangebat panem. Hec de primo.

Circa Secundum, de tactu Thome ratio dubitandi est, quia in euangelio non legimus Thomam tetigisse sacri aut doctores spealt Leo et Greg. tactum affirmat internuisse.

Ad hoc Dicitur, quod ex verbis domini recitatis in euangelio Joannis intelligitur Thomam tetigisse, nam per actum videndi scavit euangelista huiusmodi tactum.

Quod non voluntarie diciunus, sed pluribus euangelistis manifeste habemus. Apud Lucam namque ipso die resurrectionis dixit dominus discipulis: palpate

Lentaculi septimi questio secunda lxxx

¶ videte, quia spiritus carnem & ossa non habet.

Oblivi videte non visione corporalem significat, sed certificatione cognitionis ex tactu ita quod dicendo palpate et videte, dicebat palpate et certificate vos.

Apud Joanne quod dominus dixit Thome: infer digitum tuum hic et vide manus meas, non enim dico videre poterat manum, sed digitum certificare se poterat defissura clavi in manu: et propterea dicens infer digitum tuum hic et vide, dicebat infer digitum tuum et certificare. Nec euangeliste usurparunt videndi vocabulum ad designandam certam cognitionem, sed visitatum loquendi modum sequutis sunt: consuevimus enim videndi verbo uti non solum ad significandum corporalem visionem aut intellectualem, sed etiam ad significandum certam cognitionem secundum quemque sensum. Et videtur hic unus deriuatus ex certitudine sensus visus. Unde et in psal. dicitur de sensu gusti spirituali gustate et videte quoniam quis est dominus.

Et hoc ergo quod in hoc proposito ipse dominus unus est videndi verbo ad significandam certam cognitionem secundum tactum, tam ad apostolos alios apud Lucam in die resurrectionis quam ad Thomam a papa Ioannem post octo dies, consequens est ut affirmaretur, quia vidisti me Thomas credidisti, affirmata sit certificatio secundum tactum: que per verbum videndi significata et oblata ab ipso Christo erat. Iea quod dicendo quia vidisti me credidisti dixit, quia tangendo certificatus es credidisti. Et Onde patet ex euangelio haberis quod Thomas tetigit, et propterea confessus est credendo, dominus meus et deus meus. Hoc de secundo.